

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Carmina - Cod. Karlsruhe 57**

**Kurrer, Carl Philipp Friedrich**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

X.

[urn:nbn:de:bsz:31-72238](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-72238)

## X.

43

Sæpe malum hoc nobis, si mens non læua fuisse,  
De celo tactas meminisse prædicere quereus.

Virgilius.

Stat fiv curque dies, et quidquid origine gaudet,  
Emensum tandem tempora fias perit.  
Hic orbis domitor cecidit Babylone, ruitque  
Nullo foedatus sanguine: Casar humum.  
Troia fuit Karthago fuit victrixque superba  
Gens, sitiens orbem desit esse diu.  
Gens cadit, illius surgit super altera busto,  
Concessura novæ mox tamen ipsa lævum.  
Quid: quod tempus erit, quo tota hæc machina necandi  
Corruet, in cineres igne redacta Dei.  
Huius et interdum quædam præludia sciti  
Conspicimus, tellus sicubi mole tremat.  
Tecta domus que cadunt, magnoque fragore sequentes  
Terra suo flammæ spargit humera fimo.  
Attonitum mortale genus stupet, angitur, atque  
Ultima iam terra fæta propinquæ pavet.  
Siquæ quid insoliti vel sol, vel luna, vel ær  
Monstrat, monstrasti si quid in orbe videt,  
Ingemit et clamat; sunt hæc portenta malorum!  
Nos miseræ! Equid tempora nostra manet?  
At sapiens rerum scrutator id omne stupet, sed  
Nil timet, et mirans tollit in alta caput.  
Hic nihil implenti! Si vel sol deficit, aut si  
Noctu luna, quasi sanguine tincta, rubet.  
Luna arceæ solis radios tellure, colorem  
Instant nebule, luna convorsa! tuum.  
Eclipsin lune prædicens, magne Columbe!  
Terreas, illa iam veniente, vides.  
(Felices! si non nosset, Europa quid esset?  
E gremio vomeret qualia monstra suo?)

Nos naturales ortus eclipses huius  
 Eius nos horas nouimus atque gradus.  
 I! horu! nunc narra, caelo cecidisse cruora,  
 Rident. Sudant saxa, quid inde mali?  
 Aer, quod fuit rubi ex tellure, remittit,  
 Saxa madent, et mar imbre madet humus.  
 Roma supina tremat, sudant simulacra decorum,  
 Indigetorque deos pallida flere videt,  
 Marmora, nil mirum! madefecerat humidus auster;  
 Hinc ille lacryma, sudor et iste malus.  
 Mus scutum vidit, si scutum videret illum  
 Tum demum dicta fabula digna foret,  
 Eueriont aliud nil mus inuenit edendum,  
 Adpetit insolitum quodlibet aucta famet.  
 Musculus, an, si quis laceraret scripta Platonis,  
 Instans cautiua moribus esse putat?  
 Quidquid erit rarum, proauos perterruit olim,  
 Isque melius belli tempore maior erat.  
 Arma silent, quamuis septem feruere triones  
 Conspicias, instat, prospice! grande gelu.  
 Exerit in caelis caudam, vibretque cometa,  
 Cuncta, timere caue! sicut et ante manent,  
 Nec princeps moritur, nec bella farnesque sequuntur,  
 Nec natale solum publica damnata premunt,  
 Nec, quidquid nobis ostentes, labilis Hegni!  
 Iguris iterum terra peribit aquis.  
 Tempora dimensius sua certa, cometa redibit,  
 Quamque times, species ignea, cauda, mera est.  
 Enses atque cruces in caelo, scuta, sagittas,  
 Hastas et virgas, sandapilaeque vides,  
 Haec quid portendent caelestia signa tacenda?  
 Hec tuum, prope sunt bella, laeque, genu!  
 At ego non illis, uumpantur ut illa vobis  
 Apologia! moueat. Sit procul iste paucor!  
 Cornitis in varias se formas ducere nubes  
 Cum venti spirant, non tornea omnia habent.

Aethra cadunt caelis; illustris morte peribit  
 Max subita viri, qui fidus in orbe fuit.  
 Falleris; obliqua lucer per inane volantes  
 Max caelum totum nubibus esse docent,  
 Aethra cadant? Fallit visus; sunt aethra vapores  
 Haec tenues; caelo sidera fixa manent.  
 Nil, nisi quod pulcrum est, caelum commoueat, ab illo  
 Ventura peragis quadrare signa caue!  
 Tristia nulla cadunt caelo, nisi fulmen et imber  
 Partans, et flauis grando molestus agris.  
 Quid? quod et horridum tonitru quod concutit auras  
 Concutit et terram, frangit aequaque facit.  
 Iste nefandus homo, rursus precibus minuitur,  
 Nil curans homines, nil reuerensque Dei.  
 Si tonat, et caelum minitantia fulmina frindunt,  
 Quidquid agat, pallet, nefcius, atque tremat,  
 Huius illucce vagans, latebris se condit, et adfert  
 Squallentes dudum qui latuere, libros,  
 Ingemuntque preces, nisi non promittit, ut ipsi  
 Nil noceant tonitru, talaque sparsa Dei.  
 Non amor ista Deo genuit promissa, preces huius,  
 Sed minitans fatum triste cogit esse,  
 Fulgura disiciunt, obmutescitque tonitru  
 Iam fugit et pietas, aufugit ore Deus.  
 Non breuis haec pietas, pietas, est anxia vita  
 Cura, nihilque, nisi causa superstitionis,  
 Quae varie torquet miseros, si fulgurat, aut si  
 In caelis quaedam prodigiosa videntur  
 Deo quis plura timet, tanto praesagia plura  
 Inuenit, et timidam concutit umbra leuis,  
 Adde, quod impostor faciles sermonibus aures  
 Inuenit adtonitas, sicuti caneta pauent,  
 Iamque sparsa semel, multorum crescit eundo,  
 Nata nouas formas, saepe per ora iurum,  
 Et, nisi poena subit, facit indulgentia vafros  
 Semper peiores. At ea rara subit.

Quis? quid et interdum pius, ac mediocri, Apollo  
 Nutricians homines terret, agitque diu,  
 Et, quaecumque sibi Deus adseruauit, inire  
 Studet, mente bona, sed ratione leui.  
 Sic tua terrebant moribundi somnia, Fiehi!  
 Exitium terra qui minitatus eras.  
 Tempus adept, taepidant, sua terla, vbesque relinquunt,  
 Inque suburbanos exspatiantur agros,  
 At nox praeteriit, factus manet orbis, et eius  
 Fas nihil euenit, quod timere, mali.  
 O! utinam sapiens tacuisses! mens bona nostras  
 Tempore videtur, si ratione caret.  
 Somnia nil prosunt, prosunt praesagia nil, nec  
 Res tali auxilio religionis eget,  
 Dum tua derident vitia, in contraria currunt,  
 Non defensa modo res bona peior erit.  
 Sic igitur portenta nihil sunt? Terror inanis  
 Et portentorum? Sunt, mihi crede! nihil!  
 Euentus, fateor, fuerant ea signa secuti  
 Interdum tristes, casus at iste fuit,  
 Sic, qui casus erat primum, post causa malorum  
 Facta est, quod rudibus saepe venire solet.  
 Pius memor leti semper! reuerere, serena  
 Luce, Deum! quoduis fac, uti mandat, opus.  
 Et tunc videbis sapiens portenta malorum,  
 Quae rudis aut vitius dedita turba timet,  
 Et, si mille cadent de caelo fulmina, si vel  
 Orbis frangetur machina, tutus eris!